

M. TVLLI CICERONIS
dep. S. S. 871 (58)
EPISTVLAE

VOL. III

EPISTVLAE AD QVINTVM FRATREM
EPISTVLAE AD M. BRVTVM
FRAGMENTA EPISTVLARVM

ACCEDVNT
COMMENTARIOLVM PETITIONIS
ET PSEVDO-CICERONIS EPISTVLA AD
OCTAVIANVM

RECOGNOVIT
ET ADNOTATIONE CRITICA INSTRVXIT

W. S. WATT

LITTERARVM HVMANIORVM APVD
ABERDONENSIS PROFESSOR

OXONII
E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO
MCMLVIII

INDEX SIGLORVM

CODICVM

E = Ambrosianus E 14 inf. (saec. xiv).

{ **G** = Parisinus 'Nouv. Fonds' 16248 (saec. xiv-xv).

{ **H** = Landianus 8 (saec. xiv-xv); raro (numquam ubi cum G consentit) citatus.

N = Laurentianus ex Conv. Suppr. 49 (saec. xiv-xv).

{ **V** = Palatinus Lat. 1510 (saec. xv).

{ **O** = Taurinensis Lat. 495 (saec. xv); raro (numquam ubi cum V consentit) citatus.

{ **R** = Parisinus Lat. 8538 (anno 1419 scriptus).

{ **P** = Parisinus Lat. 8536 (saec. xv); raro (numquam ubi cum R consentit) citatus.

E = consensus codicum EGHNVORP, aut omnium aut plurimorum.

M = Mediceus 49. 18 (anno 1393 scriptus).

b = Berolinensis ex bibl. Hamiltoniana 168 (saec. xv).

d = Laurentianus ex bibl. aedilium 217 (saec. xv).

m = Berolinensis ex bibl. Hamiltoniana 166 (anno 1408 scriptus).

i = Urbinas 322 (saec. xv).

A = consensus codicum Mbdms, aut omnium aut plurimorum.

Q = consensus codicum E et A.

C = lectiones margini editionis Cratandrinae (1528) adscriptae (cf. pp. 7-8 *supra*).

De codicib. M variis manibus vide pp. 3-4 *supra*. Similiter

B¹, **G¹**, etc. = **E**, **G**, etc., nondum correcti.

B², **G²**, etc. = " " " a secunda manu correcti.

B^c, **G^c**, etc. = " " " ab incerta " "

illorum praediorum scito mihi vicinum Marium lumen esse.
 Apud Anicium videbimus ut paratum sit. Nos enim ita
 philologi sumus ut vel cum fabris habitare possimus; habemus
 hanc philosophiam non ab Hymetto sed ab taraxira†. Marius
 4 et valetudine est et natura imbecillior. De interpellatione
 tantum sumam a vobis temporis ad scribendum quantum
 dabit; utinam nihil detis, ut potius vestra iniuria quam
 ignavia mea cessem!

De re publica nimium te laborare doleo et meliorem civem
 esse quam Philoctetam, qui accepta iniuria ea spectacula 10
 quaerebat quae tibi acerba esse video. Amabo te, advola
 (consolabor te et omnem abstergebo dolorem) et adduc, si
 me amas, Marium; sed adproperate. Hortus domi est.

X [IX]

Scr. in. mense Febr. an. 54.

MARCUS QUINTO FRATRI SALVTEM.

15

1 Epistulam hanc convicio efflagitarunt codicilli tui. Nam
 res quidem ipsa et is dies quo tu es profectus nihil mihi ad
 scribendum argumenti sane dabat. Sed quem ad modum,
 coram cum sumus, sermo nobis deesse non solet, sic epistulae
 2 nostrae debent interdum alucinari. Tenediorum igitur liber-
 tas securi Tenedia praecisa est, cum eos praeter me et Bibu-
 lum et Calidium et Favonium nemo defenderet. De te (a)
 Magnetibus ab Sipylo mentio est honorifica facta, cum te
 unum dicerent postulationi L. Sesti Pansae restitisse. Reliquis
 diebus si quid erit quod te scire opus sit, aut etiam si nihil 25

2 videbimus Aldus: videmus Q

3 habemus Rom.: haberemus Q

4 Hymetto Ienson Rom.: ymet(t)o vel sim. codd. araxira vel sim. EC:

arayira A: area Cyri con. Schütz ii, p. 136: arce Ψυπλq [conl. Att. xvi.

13. 2] Tunstall 110: ἀπαλλάq Rothstein 89 5 val- est et nat- EM: nat-

est et val- hams 6 tantum Ienson: tamen Q 20 (h)al(l)ucinari

GN4: vatic- VR 22 a G: om. NVR4 23 Magnetibus Viet.?

xxx. 1: magis Q

erit, tamen scribam cottidie aliquid. Prid. Id. neque tibi
neque Pomponio deero. Lucreti poemata, ut scribis, ita sunt, 3
multis luminibus ingeni, multae tamen artis; sed cum veneris.
Virum te putabo si Sallusti Empedoclea legeris, hominem non
5 putabo.

XI [X]

Scr. Romae c. Id. Febr. an. 54.

MARCVS QVINTO FRATRI SALVTEM.

Gaudeo tibi iucundas esse meas litteras, nec tamen habu-
issem scribendi nunc quidem ullum argumentum nisi tuas
10 accepissem. Nam prid. Id., cum Appius senatum infrequen-
tem coegisset, tantum fuit frigus ut pipulo [convicio] coactus
sit nos dimittere. De Commageno, quod rem totam discus- 2
seram, mirifice mihi et per se et per Pomponium blanditur
Appius; videt enim, hoc genere dicendi si utar in ceteris,
15 Februarium sterilem futurum. Eumque lusi iocose satis,
neque solum illud extorsi oppidulum quod erat positum in
Euphrati Zeugmate sed praeterea togam sum eius praetextam
quam erat adeptus Caesare consule magno hominum risu ca-
villatus. 'Quod vult', inquam, 'renovari honores eosdem, quo 3
20 minus togam praetextam quotannis interpolet decernendum
nihil censeo; vos autem homines nobiles, qui †Busrenum†
praetextatum non ferebatis, Commagenum feretis?' Genus
vides et locum iocandi; multa dixi in ignobilem regem quibus

3 <non> multis *Ernesti* <non> multae *Bergk*, fort. recte mul-
tae aliae coniecturae recensentur in libellis quos 'Class. Rev.' N.S. v
(1955), 210 nominavi 4 putabo, <si...> si Sall- *Housman*², fort.
recte 11 pipulo *Tyrrell*²: populi Ω convicio *del. Housman*¹ [cf.
Sj.¹ 158] 12-13 discusseram *Aldus*: -at ΩC 16 <eius> erat, pos-
Wes. 17 Euphrate *HPM*¹: zeumate vel sim. E: et eugm- *RA*
latet iocus nobis vix recipiendus; fort. in Euph- Zeug- iocose pro 'in am-
biguo' 19 renovari *coni. Or.*¹: -re Ω 21 Busrenum C: -bus
[i.e. quibus] r(h)enum *GA*: burrenum *V*: birretum *R*: Bostrenum *Or.*¹
[Bust- iam *Iunius*]: Burrhinum *Bailey*